

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 208

Noticia in quorum presentia dididit Iunetuuant, filius Catlon, terram duorum modiorum de brace de Ran Etcar, in plebe Caranntoer, in dicombito Callon, in manu Ritcanti abbatis, quam ipse Iunetuuant tenebat sub censu ex verbo Conuuioni abbatis, quia ipse Conuuoiion abbatis et Leuhemel prepositus emerant supradictam terram ab illius herede nomine Roenuuocon; et postea ipse Ritcant abbas vestivit illum, cum consilio fratrum, de supradictam terram, sub censu .VIII. denariorurn, et dedit Iunetuuant fideiussorem in supradicto censu, ad festivitatem Sancti Martini et de sua fidelitate, nomine Kentuuocon. Factum est hoc in aecclesia Bain, coram multis nobilibus viris quorum ista sunt nomina: Iunetuuant, testis; Ritcant, abbas, testis; Leuhemel, monachus, testis; Adgano, monachus, testis; Gedeon, testis; Uuormonoc, testis; Cafat, presbyter, testis; Iarnuuoret, testis; Roenhebet, testis; Loieson, testis; Maenhoiarn, testis; Loieshoiarn, testis.